Cum autem erepta mihi essent pignora à Theophemo, & ego verberibus affectus: progressus in senatum verbera ostendi, & quæ perpessus essem narraui, idque exigendis reip. armamentis. At senatus ob ea quæ mihi acciderant, indignatus, cū me vt affectus essem, vidisset, eámq. contumeliam, non mihi, sed sibi ipsi, & populo decreti autori, & legi, quæ exigere armamenta cogeret, factam existimaret: mihi mandauit, vt eum maiestatis accusarem: & Curiones ei dictare iudicium intra biduum, vt iniurio, & naualem expeditionem impedienti, iussit: ꝑpterea ꝙ & armamenta non redderet, & pignora eripuisset, & me qui exigerem & reipub. inseruirem, verberibus affecisset. Facto igitur de Theophemo iudicio in senatu, ea actione, qua ego eū detulerā, & vtriq. data dicendi potestate, occultè seorsim decernétibus senatoribus: dānatus est in curia, & iniustè fecisse visus. cum aūt iam in eo senatus esset, vt decerneret, vtrū eum iudicio traderet, an quingétis drachmis mulctaret, quantæ mulctæ infligendæ ex lege potestatē habebant: orantibus istis omnib. & supplicātibus, & quē non deprecatorem subornātibus, & descriptionē armamentorum reddétibus statim in senatu, & de verberibus se arbitrum sumpturos dicentibus, quē iuberem Atheniēsium cōcessi, vt Theophemo lis vigintiquinq. drachmis æstimaretur. Quæ vt verè à me dici constet, tū vos rogo, qui prætore Agathocle in senatum itastis, vt assidentibus dicatis: tū quoscūq. ex illis senatorib. ego reperire potui, testes vobis producam.

TESTIMONIA.

Ego igitur, Iudices, adeò æquus in istos fui quāquā decretum publicari facultates iubebat, non eius modò qui armamēta publica non redderet: sed eius qui priuata sua venderet. Tali tum armamentorum in vrbe penuria laborabatur. Lege mihi decretum.

A ψηφίσματα. οὐδ' ἐν ἤθελοντος αὐτοῦ τὰ δικαίων ποιεῖν, ἦγον τὴν ἄνθρωπον, ἑστηκυῖαν ἐπὶ τῇ θύρᾳ, τὴν μετελθοῦσαν αὐτόν. καὶ ὁ Θεόφημός με ἀφῃρεῖτο, καὶ ἐγὼ τὴν μὲν ἄνθρωπον ἀφῆκα· εἰς δὲ τὴν οἰκίαν εἰσῄειν, ἵνα ἐνέχυρόν τι λάβοιμι τῶν σκευῶν. ἔτυχε γὰρ ἡ θύρα ἀνεῳγμένη, ὡς ἐξῆλθεν ὁ Θεόφημος, καὶ ἔτι ἤμελλεν εἰσιέναι· καὶ ἐπεπύσμην αὐτὸν ὅτι οὐκ εἴη γεγαμηκώς. εἰσιόντος δέ μου, παίει πὺξ ὁ Θεόφημος τὸ στόμα. καὶ ἐγὼ ἐπιμαρτυράμενος τοὺς παρόντας, ἠμυνάμην. ὡς οὖν ἀληθῆ λέγω, καὶ ἦρξε χειρῶν ἀδίκων ὁ Θεόφημος· οὐκ ἄλλοθεν οἶμαι δεῖν τὸν ἔλεγχον γίγνεσθαι, ἢ ἐκ τῆς ἀνθρώπου, ἣν μεμαρτυρήκασιν οὗτοι οἱ μάρτυρες, ὡς ἤθελε Θεόφημος παραδιδόναι.* ταύτῃ δὲ τῇ μαρτυρίᾳ, πρότερος εἰσελθὼν εἰς τὸ δικαστήριον, οὐ παραγραφομένου ἐμοῦ, οὐδ' ὑπομνυομένου διὰ τὸ καὶ πρότερόν ποτε ἐφ' ἑτέρας δίκης ταῦτά με βλάψαι· ἐξηπάτησε τοὺς δικαστάς, λέγων, οὓς μὲν ἐγὼ παρειχόμην μάρτυρας, ψευδῆ μαρτυρεῖν. B τὴν δὲ ἄνθρωπον ἐρεῖν τὰς ἀληθείας βασανιζομένην. οἷς δὲ τότε κατεχρῶντο λόγοις, νῦν αὐτοῖς ἐξελέγχονται ὑπεναντία ποιοῦντες. τὴν γὰρ ἄνθρωπον οὐ δύναμαι παραλαβεῖν πολλάκις ἐξαιτήσας, ὡς μεμαρτύρηται ὑμῖν. ἐπειδὴ τοίνυν τὴν ἄνθρωπον οὐ παραδιδόασιν, ἣν αὐτοὶ ἔφασαν προκαλέσασθαι βούλομαι ὑμῖν καὶ τοὺς μάρτυρας παρασχέσθαι, οἳ εἶδόν με πρότερον πληγέντα ὑπὸ τοῦ Θεοφήμου (ἡ δὲ αἰκία, τοῦτ' ἐστίν, ὃς ἂν ἄρξῃ πρότερος χειρῶν ἀδίκων) ἄλλως τε, καὶ κατὰ τὸν νόμον, καὶ κατὰ τὰ ψηφίσματα τὰ ὑμέτερα εἰσπράττοντα. καί μοι ἀνάγνωθι τὰ ψηφίσματα, καὶ τὰς μαρτυρίας.

Ψηφίσματα. Μαρτυρίαι.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἀφῃρέθην τὰ ἐνέχυρα ὑπὸ τοῦ Θεοφήμου, καὶ συνεκόπην, ἐλθὼν εἰς τὴν βουλὴν τάς τε πληγὰς ἔδειξα, καὶ ἃ πεπονθὼς ἦν εἶπον, καὶ ὅτι εἰσπράττων τῇ πόλει τὰ σκεύη. C ἀγανακτήσασα ἡ βουλή, ἐφ' οἷς ἐγὼ ἐπεπόνθειν, καὶ ἰδοῦσά με ὡς διεκείμην, καὶ ἡγησαμένη ὑβρίσθαι, οὐκ ἐμέ, ἀλλ' ἑαυτήν, καὶ τὸν δῆμον τὸν ψηφισάμενον, καὶ τὸν νόμον τὸν ἀναγκάσαντα εἰσπράττειν τὰ σκεύη, ἐκέλευεν εἰσαγγέλλειν με, καὶ τοὺς πρυτάνεις προγράφειν αὐτῷ τὴν κρίσιν ἐπὶ δύο ἡμέρας, ὡς ἀδικοῦντι καὶ διακωλύοντι τὸν ἀπόστολον, διότι τὰ σκεύη οὐκ ἀπεδίδου, καὶ τὰ ἐνέχυρα ἀφείλετο, καὶ ἐμὲ συνέκοψε τὸν εἰσπράττοντα καὶ ὑπηρετοῦντα τῇ πόλει. γενομένης τοίνυν τῆς κρίσεως τῷ Θεοφήμῳ ἐν τῇ βουλῇ, κατὰ τὴν εἰσαγγελίαν, ἣν ἐγὼ εἰσήγγειλα, καὶ ἀποδοθέντος λόγου, ἑκατέρῳ καὶ κρύβδην ἰδίᾳ ψηφισαμένων τῶν βουλευτῶν, ἑάλω ἐν τῷ βουλευτηρίῳ καὶ ἔδοξεν ἀδικεῖν. καὶ ἐπειδὴ ἐν τῷ διαχειροτονεῖν ἦν ἡ βουλή, πότερα δικαστηρίῳ παραδοίη, ἢ ζημιώσειε ταῖς πεντακοσίαις, ὅσου ἦν κυρία κατὰ τὸν νόμον· δεομένων τούτων ἁπάντων καὶ ἱκετευόντων, καὶ τινὰ οὐ προσπεμπόντων, καὶ τὸ διάγραμμα τῶν σκευῶν ἀποδιδόντων, εὐθὺς ἐν τῇ βουλῇ, καὶ περὶ τῶν πληγῶν φασκόντων ἐπιτρέψειν, ᾧ ἐὰν κελεύσω Ἀθηναίων, συνεχώρησα, ὥστε τῷ Θεοφήμῳ πέντε καὶ εἴκοσι δραχμῶν τιμηθῆναι. καὶ ταῦτα ὡς ἀληθῆ λέγω, ὑμῶν τε δέομαι ὅσοι ἐβούλευον ἐπ' Ἀγαθοκλέους ἄρχοντος φράζειν τοῖς παρακαθημένοις· καὶ ὅσους ἐδυνάμην ἐγὼ ἐξευρεῖν τῶν τότε βουλευόντων, μάρτυρας ὑμῖν παρέξομαι.

Μαρτυρίαι.

Ἐγὼ μὲν τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὕτως ἐπιεικὴς ἐγενόμην πρὸς τούτους, καίτοι τό γε ψήφισμα δημοσίαν τὴν οὐσίαν ἐκέλευεν εἶναι, οὐ μόνον ὃς ἂν ἔχων σκεύη μὴ ἀποδιδῷ τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ ὃς ἂν ἰδίᾳ κτησάμενος μὴ πωλῇ. τοιαύτη γὰρ ἡ ἀπορία οὖσα συνέβαινε τότε ἐν τῇ πόλει σκευῶν. καί μοι ἀνάγνωθι τὸ ψήφισμα.

A

Ψήφισμα.

Καταπλεύσας τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, ὡς οὐδενὶ ἤθελεν ἐπιτρέπειν ὁ Θεόφημος περὶ τῶν πληγῶν, ὧν ἔλαβον τότε ὑπ' αὐτοῦ· προσκαλεσάμενος αὐτὸν, καὶ ἔλαχον αὐτῷ δίκην αἰτίας, ἀντιπροσκαλεσάμενος δὲ καὶ ἐκεῖνος ἐμὲ, καὶ τῷ διαιτητῇ ἐχόντων τὰς δίκας, ἐπειδὴ ἡ ἀπόφασις ἦν τῆς δίκης. ὁ μὲν Θεόφημος παρεγράφετο καὶ ὑπώμνυτο· ἐγὼ δὲ πιστεύων ἐμαυτῷ μηδὲν ἀδικεῖν, εἰσῄειν εἰς ὑμᾶς. παρασχόμενος δὲ ἐκεῖνος ταύτην τὴν μαρτυρίαν, ἣν ἄλλος μὲν οὐδεὶς μεμαρτύρηκεν· ὁ δὲ ἀδελφὸς καὶ ὁ κηδεστὴς, ὡς ἐθέλοι τὴν ἄνθρωπον παραδοῦναι, καὶ προσποιούμενος ἄκακος εἶναι, ἐξηπάτησε τοὺς δικαστάς. δέομαι δ' ὑμῶν κοινὴν δικαίαν δέησιν, ἅμα μὲν δικάσαι περὶ τῆς μαρτυρίας, πότερα ψευδής ἐστιν ἢ ἀληθής, ἅμα δὲ περὶ τοῦ πράγματος ἐξ ἀρχῆς σκέψασθαι. ἐγὼ μὲν τοίνυν εἰς ἃ οὗτος κατέφυγε τότε δίκαια, ἐκ τούτων οἶμαι δεῖν τὸν ἔλεγχον γενέσθαι, ἐκ τῆς ἀνθρώπου βασανιζομένης, ὁπότερος ἦρξε χειρῶν ἀδίκων· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ αἰκία. καὶ τοὺς μάρτυρας διὰ τοῦτο διώκω τῶν ψευδομαρτυριῶν, ὅτι ἐμαρτύρησαν ἐθέλειν παραδιδόναι τὸν Θεόφημον τὴν ἄνθρωπον, οὐδαμοῦ τὸ σῶμα παραδιδόντος, οὔτε τότε πρὸς τῷ διαιτητῇ, οὔτε ὕστερον, πολλάκις ἐμοῦ ἐξαιτήσαντος. διπλῆν οὖν αὐτοῖς ἔδει δοῦναι δίκην, ὅτι τε ἐξηπάτησαν τοὺς δικαστὰς, ψευδεῖς μαρτυρίας παρασχόμενοι κηδεστοῦ καὶ ἀδελφοῦ, καὶ ὅτι ἐμὲ ἠδίκησαν λειτουργοῦντα μὲν ὑμῖν προθύμως, ποιοῦντα δὲ τὰ προστεταγμένα, ὑπηρετοῦντα δὲ τοῖς νόμοις καὶ τοῖς ψηφίσμασι τοῖς ὑμετέροις. ὡς δὲ οὐκ ἐγὼ μόνος παρέλαβον παρὰ τῆς ἀρχῆς τοῦτον εἰσπράξασθαι, σκεύη ὀφείλοντα τῇ πόλει, ἀλλὰ καὶ ἄλλοι τῶν τριηράρχων ἑτέρους εἰσεπράξαντο οὓς παρέλαβον, ἀνάγνωθί μοι αὐτὴν τὰς μαρτυρίας.

B

Μαρτυρίαι.

C

Βούλομαι τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, καὶ ἃ πέπονθα ὑπ' αὐτῶν, διηγήσασθαι ὑμῖν. ἐπειδὴ γὰρ ὦφλον αὐτοῖς τὴν δίκην, ἐφ' ᾗ τοὺς μάρτυρας τούτους διώκω τὰ ψευδῆ μεμαρτυρηκότας· προσελθὼν τῷ Θεοφήμῳ, μελλούσης μοι ἤδη ἐξήκειν τῆς ὑπερημερίας, ἐδεήθην αὐτοῦ ἐπισχεῖν μοι ὀλίγον χρόνον. λέγων τὰς ἀληθείας, ὅτι πεπορισμένου τοῦ ἀργυρίου, ὃ ἤμελλον αὐτῷ ἐκτίνειν, συμβέβηκέ μοι τριηραρχία, καὶ ἀποστέλλειν διὰ τάχους δεῖ τὴν τριήρη, καὶ ὁ στρατηγὸς Ἄλκιμος ἀνάγεσθαι κελεύει τὴν ναῦν. τὸ οὖν ἀργύριον, τὸ πεπορισμένον τῷ Θεοφήμῳ ἀποδοῦναι, ἐνταῦθα κατεχρησάμην. ἐδεόμην δ' αὐτοῦ ἀναβαλέσθαι τὴν ὑπερημερίαν, ἕως ἂν τὴν ναῦν ἀποστείλω. ὁ δὲ ῥᾳδίως μοι καὶ ἀκάκως ἀποκρίνεται· οὐδὲν κωλύει, ἔφη, ἀλλ' ἐπειδὰν τὴν ναῦν ἀποστείλῃς, πόριζε καὶ ἐμοί. ἀποκριναμένου δέ μοι ταῦτα τοῦ Θεοφήμου, καὶ ἀναβαλλομένου τὴν ὑπερημερίαν, καὶ μάλιστά μου πιστεύσαντος, τῇ τε ἐπισκήψει τῶν ψευδομαρτυριῶν, καὶ τῷ μὴ ἐθέλειν αὐτὸν παραδοῦναι τὴν ἄνθρωπον, ὡς οὐδὲν ἂν νεωτερίσοντος περὶ τἀμά, ἐγὼ μὲν τὴν τριήρη ἀποστείλας, οὐ πολλαῖς ἡμέραις ὕστερον πορίσας τὸ ἀργύριον, προσελθὼν αὐτῷ, ἐκέλευον ἐπὶ τὴν τράπεζαν ἀκολουθοῦντα, κομίζεσθαι τὴν καταδίκην. ὡς δὲ ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, τούτων ὑμῖν ἀναγνώσεται τὰς μαρτυρίας.

DECRETVM.

Reuersus, Iudices, vt nemini rem permittere Theophemus voluit: cum in ius vocatum verberationis accusaui. Cum verò & ipse mihi vicissim diem dixisset, & arbitri iudicia haberent: quum de causa pronunciandum esset, Theophemus excipiebat & differebat. Ego verò fretus innocentia mea ad vos ingrediebar. Ille autem, prolato testimonio, quod nemo alius dixerat, nisi frater eius & affinis, qui affirmabant, voluisse eum tradere mulierem: simplicitate simulata decepit, iudices. Rem autem iustam à vobis precor, vt simul & de testimonio pronuncietis, verúmne an falsum sit, simul etiam rem ipsam de integro consideretis. Ac ego quidem ad quæ iura tum ille confugit, ex iis nunc de veritate causæ statuendum esse censeo, habenda de muliere quæstione, vter prior per iniuriam alteri manus attulerit (ea enim est verberatio) & testes propterea falsi testimonij reos ago, quòd testificati sunt, Theophemum tradere voluisse mulierem: cùm corpus illius nusquam traderet, neque primum apud arbitrum, neque postea sæpe à me postulatum. Duplex igitur eis pœna luenda esset: tum quòd Iudices deceperunt, falsis testimoniis exhibitis, affinis & fratris: tum quòd mihi iniuriam fecerunt vobis sedulò inseruienti, & mandata exequenti, & legibus ac decretis vestris obtemperanti. Et vt constet non me solum accepisse hoc munus à republica, vt ab isto armamenta quæ deberet, reposcerem, sed & alios trierarchos ab aliis, quos in mandatis acceperant, exegisse: lege mihi eorum testimonia.

Accusatoris condénatio, & Theophemi violentia in diripienda illius supellectile.

TESTIMONIA.

Narrabo vobis etiam, Iudices, quo pacto ab eis tractatus sim. Eo iudicio victus ab illo, propter quod testes istos falsi testimonij reos ago, conueni Theophemum, cùm iam præfiniti mihi temporis finis instaret: precatúsque sum, vt mihi paruam moram largiretur. dicebam (id quod verum erat) conquisitis nummis, quos ei numeraturus fuissem, accidisse, vt mihi triremis instruenda, & festinanter mittenda esset: quòd Alcimus imperator nauim soluere iuberet. Me igitur pecunia in eum vsum coacta, vt Theophemo numeraretur, eò esse abusum. Rogabam, vt terminum proferret eò vsque, dum nauem ablegasse n. Is verò mihi expeditè & simpliciter respondet: Nihil vetat, inquit: sed vbi nauem ablegaueris, satisfacito & mihi. Quæ cùm mihi Theophemus respondisset, die proro gato: egóque maximè fretus essem cùm testium reuictione, tum ipsius tradendæ mulieris recusatione. (Neque verò noua illum aduersus me inisse consilia putabam) trireme ablegata, pecunia non multis diebus pòst corrogata, conueni hominem, me ad mensam sequi iussi, vt mulctam reciperet. hæc vt verè à me dici constet, testimonia vobis recitabuntur.

TESTIMONIA.

Theophemus autem adeò non secutus est ad mensam, aut mulctã recepit: vt quinguaginta meas oues molles, dum pascerentur, & opilionem vnà cum eis, & quicquid ad gregem pertinet, abripuerit. Deinde puerum ministrum, hydriam æream reportantem, ac cõmodato acceptã, magni precij. neque hæc eis abstulisse fuit satis: sed & in prædiũ ingressi (agros autem

Μαρτυρίαι.

Ὁ δὲ Θεόφημος ἀντὶ τοῦ τὴν καταδίκην ἀπολαβεῖν, ἀκολουθήσας ἐπὶ τὴν τράπεζαν, ἐλθών μου τὰ πρόβατα λαμβάνει ποιμαινόμενα πεντήκοντα * μαλακὰ, καὶ τὸν ποιμένα μετ' αὐτῶν, καὶ πάντα τὰ ἀκόλουθα τῇ ποίμνῃ· ἔπειτα παῖδα διάκονον ὑδρίαν χαλκῆν ἀποφέροντα ἀλλοτρίαν ᾐτημένην πολλοῦ ἀξίαν. καὶ ταῦτα ἔχουσιν οὐκ ἐξήρκεσεν αὐτοῖς, ἀλλ' ἐπεισελθόντες εἰς τὸ χωρίον (γεωργῶ

colo ad circum equestrem, ibique habito à prima adolescentia) primum in famulos impetum fecerunt. Vt verò illi diffugerunt, atque alius aliò se proripuit: ingressi ædes, & deiecta ianua, quæ in hortum fert, Euergus, frater Theophemi, & Mnesibulus affinis eius: à quibus nullo eram iudicio victus: quibus non fas fuit quicquam meum attingere: ingressi ad vxorem meam & liberos, quicquid instrumenti mihi fuit reliquum in ædibus, abstulerunt. putabant enim se non modò tantillam, sed longè instructiorem supellectilem domi meæ reperturos. verùm propter obita munera, & tributa, & vestri studium, alia oppignerata, alia diuendita erant: quæ verò adhuc restabant, iis abreptis omnibus, abierunt. Præterea, Iudices, vxor mea cum liberis in aula prandebat, & quædam cum ipsa, quæ nutrix mea fuerat, magno natu mulier, beneuola & fida, libertate donata à patre meo. nupserat autem adepta libertatem: maritóque mortuo, quòd & vetula erat, & à quo aleretur neminem habebat, ipsa ad me redierat. Ea igitur ad egestatem redacta, quæ & nutrix & educatrix mea fuerat, nullo modo mihi negligenda fuit. Simul etiam quia trierarchus eram abiturus & vxor mea, sibi talem à me custodem ædium relinqui gaudebat. Cum autem in aula pranderent, atque isti, illis subitò oppressis, irruerent, & vasa diriperent: aliæ quidem ancillæ (in turri enim erant, vbi diuersantur) clamore audito, turrim occludunt: atq. illuc ingressi nō sunt, sed è cæteris conclauibus vasa exportarunt. Vetante autem vxore, ne ea tangerent, & dicente, ob dotem sibi esse oppignerata: &, oues eos habere quinquaginta, & opilionem, maioris precij quàm quanti essem damnatus (vicinus enim quidam eis id nunciarat, pulsata ianua) præterea argētum eis dicebat in mensa esse positum (id enim ex me audierat) Quòd si expectaueritis, inquit, aut vestrûm aliquis maritum meum accersierit, statim acceptis nummis, abibitis. Vasa autem relinquite, & nihil meum auferte: præsertim cùm habeatis quanti mulcta est. Hæc dicente vxore, tantum abfuit vt desisterent, vt & nutricem, (quæ cymbium sibi appositum, è quo potabat, intra sinum abdiderat, ne isti auferrent, postquam eos intus esse vidit) re animaduersa, sic tractarint inter eripiendum cymbiū, Theophemus & Euergus, frater eius, vt & brachia & manus mulieris sanguine suffunderentur, dum retorquentur, dumq; vexatur ab istis, poculum eripientibus: & notas vnguium in collo, dum ei iugulum comprimunt, & liuidum pectus haberet. eóq. improbitatis venerunt, vt anum & obtorto collo traherent, & verberare non destiterint, donec ei poculum è sinu eripuissent. Famuli autem vicinorum, audito clamore, quum meas ædes diripi viderent, alij è suis tectis vocabāt prætereuntes: alij etiam in aliam viam egressi, & Hagnophilum prætereuntem conspicati, iusserunt accedere. Hagnophilus autem à famulo Anthemionis accersitus, qui mihi vicinus est, accessit, ac in ædes quidem ingressus non est (id enim absente domino nefas putabat) sed in Anthemionis prædio stans, vidit & supellectilē efferri, & Euergū ac Theophemū è meis ædibus egredi. Neq. verò, Iudices, abreptis dūtaxat vasis meis, abierūt: sed & filiū pro seruo abduxerunt: donec vnus è vicinis Hermogenes, obuiam eis factus, filium esse meum dixit. Hæc vt à me verè dici constet, testimonia vobis legentur.

Nutrix malè mulctata à Theophemo, & interfecta.

A δὲ πρὸς τῷ ἱπποδρόμῳ, ᾤκουν δὲ ἐνταῦθα ἐκ μειρακίου) πρῶτον μὲν ἐπὶ τοὺς οἰκέτας ᾖξαν. ὡς δὲ οὗτοι διαφεύγουσιν αὐτοὺς, καὶ ἄλλος ἄλλῃ ἀπεχώρησεν· ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ καταβαλόντες τὴν θύραν, τὴν εἰς τὸν κῆπον φέρουσαν, εὔεργός τε οὑτοσὶ ὁ ἀδελφὸς ὁ θεοφήμου, καὶ μνησίβουλος ὁ κηδεστὴς αὐτοῦ, οἷς οὐδεμίαν δίκην ὠφλήκειν, οὐδὲ προσῆκεν αὐτοῖς ἅπτεσθαι τῶν ἐμῶν οὐδενός· εἰσελθόντες ἐπὶ τὴν γυναῖκά μου καὶ τὰ παιδία, ἐξεφορήσαντο ὅσα ἔτι ὑπόλοιπά μοι ἦν σκεύη ἐν τῇ οἰκίᾳ. ᾤοντο μὲν γὰρ, οὐ τοσαῦτα μόνον λήψεσθαι, ἀλλὰ πολλαπλείω τῶν παρόντων μοι τότε κατασκευὴν τῆς οἰκίας καταλήψεσθαι. ἀλλ' ὑπὸ τῶν λειτουργιῶν καὶ τῶν εἰσφορῶν, καὶ τῆς πρὸς ὑμᾶς φιλοτιμίας τὰ μὲν ἐνέχυρα κεῖται αὐτῶν, τὰ δὲ πέπραται. ὅσα δ' ἦν ἔτι ὑπόλοιπα, πάντα λαβόντες, ᾤχοντο. πρὸς δὲ τούτοις, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἔτυχεν ἡ γυνή μου μετὰ τῶν παίδων ἀριστῶσα ἐν τῇ αὐλῇ· καὶ μετ' αὐτῆς τίτθη τις ἐμὴ γεγενημένη, πρεσβυτέρα ἄνθρωπος, εὔνους καὶ πιστὴ, καὶ
B ἀφειμένη ἐλευθέρα ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ. συνῴκησε δὲ ἀνδρὶ, ἐπειδὴ ἀφείθη, ἐλευθέρα. ὡς δὲ οὗτος ἀπέθανε, καὶ αὐτὴ γραῦς ἦν, καὶ οὐκ ἦν αὐτὴν ὁ θρέψων, ἐπανήκεν ὡς ἐμέ. ἀναγκαῖον οὖν ἦν μὴ περιιδεῖν* ἐνδεεῖς ὄντας, μηδὲ τίτθην ἐμὴν γενομένην καὶ παιδαγωγόν· ἅμα δὲ καὶ τριηραρχῶν ἐξέπλεον. ὥστε καὶ τῇ γυναικὶ βουλομένῃ ἦν τοιαύτην οἰκουρὸν μετ' αὐτῆς με καταλιπεῖν. ἀριστώντων δὲ ἐν τῇ αὐλῇ, ὡς ἐπεισπηδῶσιν οὗτοι, καὶ καταλαμβάνουσιν αὐτὰς, καὶ ἥρπαζον τὰ σκεύη. αἱ μὲν ἄλλαι θεράπαιναι (ἐν τῷ πύργῳ γὰρ ἦσαν, οὗπερ διαιτῶνται) ὡς ἤκουσαν τῆς κραυγῆς κλείουσι τὸν πύργον, καὶ ἐνταῦθα μὲν οὐκ εἰσῆλθον· τὰ δ' ἐκ τῆς ἄλλης οἰκίας ἐξέφερον σκεύη, ἀπαγορευούσης τῆς γυναικὸς μὴ ἅπτεσθαι αὐτῶν, καὶ λεγούσης, ὅτι αὐτῆς εἴη, ἐν τῇ προικὶ* τετιμημένα, καὶ ὅτι τὰ πρόβατα ἔχετε πεντήκοντα, καὶ τὸν ποιμένα πλείονος ἄξια, ἢ κατεδικάσασθε (ἀπήγγελλε γάρ τις αὐτῇ τῶν γειτόνων κόψας τὴν θύραν)
C ἔτι δὲ ἔφη τὸ ἀργύριον αὐτοῖς κείμενον εἶναι ἐπὶ τῇ τραπέζῃ (ὑπηκόει γὰρ ἐμοῦ) κἂν περιμείνητε, ἔφη, ἢ μετέλθῃ τις ὑμῶν αὐτὸν ἔχοντες ἄπιτε τὸ ἀργύριον ἤδη. τὰ δὲ σκεύη ἐᾶτε, καὶ μηδὲν τῶν ἐμῶν φέρετε, ἄλλως τε καὶ ἔχοντες ἄξια τῆς καταδίκης. ταῦτα δὲ λεγούσης τῆς γυναικὸς, οὐχ ὅπως ἐπέσχον, ἀλλὰ καὶ τῆς τίτθης τὸ κυμβίον λαβούσης παρακείμενον αὐτῇ ἐξ οὗ ἔπινε, καὶ ἐνθεμένης εἰς τὸν κόλπον, ἵνα μὴ οὗτοι λάβοιεν, ἐπειδὴ εἶδεν ἔνδον ὄντας αὐτοὺς. καταιδόντες αὐτὴν οὕτω διέθεσαν ἀφαιρούμενοι τὸ κυμβίον, θεόφημος καὶ εὔεργος, ἀδελφὸς αὐτοῦ οὑτοσί· ὥστε ὕφαιμοι μὲν οἱ βραχίονες καὶ οἱ καρποὶ τῶν χειρῶν αὐτῆς ἐγένοντο, ἀποστρεφομένης τὼ χεῖρε, καὶ ἑλκομένης ὑπὸ τούτων, ἀφαιρουμένων τὸ κυμβίον. ἀμυχὰς δὲ ἐν τῷ τραχήλῳ εἶχεν ἀγχομένη, πελιὸν δὲ τὸ στῆθος. εἰς τοῦτο δ' ἦλθον πονηρίας, ὥστε, ἕως ἀφείλοντο τὸ κυμβίον ἐκ τοῦ κόλπου αὐτῆς, οὐκ ἐπαύσαντο ἄγχοντες καὶ τύπτοντες τὴν γραῦν. ἀκούσαντες δ' οἱ θεράποντες τῶν γειτόνων τῆς κραυγῆς, καὶ ὁρῶντες τὴν οἰκίαν πορθουμένην τὴν ἐμήν· οἱ μὲν ἀπὸ τῶν τεγῶν τῶν ἑαυτῶν ἐκάλουν τοὺς παριόντας, οἱ δὲ καὶ εἰς τὴν ἑτέραν ὁδὸν ἐλθόντες, καὶ ἰδόντες ἁγνόφιλον παριόντα, ἐκέλευσαν παραγενέσθαι. προσελθὼν δὲ ὁ ἁγνόφιλος προσκληθεὶς ὑπὸ τοῦ θεράποντος τοῦ ἀνθεμίωνος, ὅς ἐστί μοι γείτων, εἰς μὲν τὴν οἰκίαν οὐκ εἰσῆλθεν (οὐ γὰρ ἡγεῖτο δίκαιον εἶναι, μὴ παρόντος γε τοῦ κυρίου) ἐν δὲ τῷ τοῦ ἀνθεμίωνος χωρίῳ ὢν, ἑώρα τά τε σκεύη ἐκφερόμενα, καὶ εὔεργον καὶ θεόφημον ἐξιόντας ἐκ τῆς ἐμῆς οἰκίας. οὐ μόνον τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, λαβόντες μου τὰ σκεύη ᾤχοντο· ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν ἦγον ὡς οἰκέτην· ἕως τῶν γειτόνων ἀπαντήσας αὐτοῖς ἑρμογένης, εἶπεν ὅτι υἱός μου εἴη. ὡς δ' ταῦτ' ἀληθῆ λέγω, ἀναγνώσεται ὑμῖν τὰς μαρτυρίας.

Μαρτυρίαι.

A Ἐπειδὴ τοίνυν μοι ἀπηγγέλθη εἰς Πειραιᾶ τὰ γεγενημένα ὑπὸ τῶν γειτόνων, ἐλθὼν εἰς ἀγρὸν, τούτους μὲν οὐ κατελάμβανον. ἰδὼν δὲ τὰ ἐκ τῆς οἰκίας ἐκπεφορημένα, καὶ τὴν γραῦν ὡς διέκειτο, καὶ ἀκούσας τῆς γυναικὸς τὰ γενόμενα· προσελθὼν τῷ Θεοφήμῳ τῇ ὑστεραίᾳ ἕωθεν ἐν τῇ πόλει, μάρτυρας ἔχων, ἐκέλευον αὐτὸν πρῶτον μὲν τὴν καταδίκην ἀπολαμβάνειν, καὶ ἀκολουθεῖν ἐπὶ τὴν τράπεζαν· ἔπειτα, τὴν ἄνθρωπον θεραπεύειν ἣν συνέκοψαν, καὶ ἰατρὸν εἰσάγειν ὃν αὐτοὶ βούλοιντο. ταῦτα δέ μου λέγοντος καὶ διαμαρτυρομένου, κακά με πολλὰ εἰπόντες, ὁ μὲν Θεόφημος ἠκολούθει μόλις, διατριβὰς ἐμποιῶν, καὶ φάσκων βούλεσθαι καὶ αὐτός τινας παραλαβεῖν μάρτυρας. ταῦτα δ' ἔλεγε, τεχνάζων χρόνον ἐγγενέσθαι. ὁ δ' Εὔεργος οὑτοσὶ εὐθὺς ἐκ τῆς πόλεως μεθ' ἑτέρων ὁμοίων αὐτῷ ἐλθὼν εἰς ἀγρὸν, τὰ ὑπόλοιπα σκεύη, εἴ τινα ἐν τῇ προτεραίᾳ ἐν τῷ πύργῳ ἦν, καὶ οὐκ ἔτυχεν ἔξω ὄν-
B τα ἐπειδὴ δ' ἐγὼ ἦλθον, διὰ τὴν χρείαν κατηνέχθη, ἐκβαλὼν τὴν θύραν, ἥνπερ καὶ τῇ προτεραίᾳ ἐξέβαλε, κακῶς ἑστηκυῖαν, ᾤχετό μου λαβὼν τὰ σκεύη· ᾧ οὔτε δίκην ὠφλήκειν, οὔτε συμβόλαιον ἦν μοι πρὸς αὐτὸν οὐδέν. ἐκτίνοντος δέ μου τῷ Θεοφήμῳ ᾧ ὠφλήκειν τὴν δίκην, ἐπειδὴ ἐξέτινον πολλῶν παρόντων μαρτύρων χιλίας μὲν καὶ ἑκατὸν δραχμὰς, καὶ τρεῖς καὶ δύο ὀβολὼ τὴν ἐπωβελίαν, τριάκοντα δὲ τὰ πρυτανεῖα (τῶν γὰρ ἄλλων οὐδὲν αὐτῷ ἐπιτιμίων ὦφλον) λαβὸν τοίνυν παρ' ἐμοῦ ἐπὶ τῇ τραπέζῃ χιλίας τριακοσίας * δεκατρεῖς δύ' ὀβολὼ τὸ σύμπαν κεφάλαιον, ἀπαιτοῦντός μου τά τε πρόβατα καὶ τὰ ἀνδράποδα καὶ τὰ σκεύη ἃ ὑρπάκει μου, οὐκ ἔφη ἀποδώσειν μοι, εἰ μή τις αὐτὸν ἀφήσει καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ τῶν ἐγκλημάτων, καὶ τοὺς μάρτυρας τῶν ψευδομαρτυριῶν. ταῦτα δὲ ἀποκριναμένου αὐτοῦ, μάρτυρας μὲν ἐποιησάμην τῆς ἀποκρίσεως τοὺς παρόντας, τὴν δὲ δίκην ἐξέτισα· ὑπερήμερος δ' οὐκ ᾤμην δεῖν ἐμαυτὸν εἶναι. τὸν δ' Εὔερ-
C γον οὐδ' ᾔδειν εἰσεληλυθότα μου εἰς τὴν οἰκίαν ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, ἀλλ' αὐτίκα ἡ δίκη ἐξετέτιστο. καὶ εἶχεν ὁ Θεόφημος τά τε πρόβατα, καὶ τὰ ἀνδράποδα, καὶ τὰ σκεύη τὰ τῇ προτεραίᾳ περιγινόμενα· καὶ ἄγγελος ἦλθέ μοι τις λιθοκόπος τὸ πλησίον μνῆμα ἐξεργαζόμενος, ὅτι πάλιν οἴχεται Εὔεργος, τὰ ὑπόλοιπά μου σκεύη ἐκφορήσας ἐκ τῆς οἰκίας πρὸς ὃν οὐδέν μοι πρᾶγμα ἦν. ὡς οὖν ἀληθῆ λέγω, καὶ ὅτι τῇ μὲν προτεραίᾳ εἰλήφεσαν μου τὰ ἐνέχυρα, καὶ πάλιν αὐθημερὸν εἰσεληλύθησαν εἰς τὴν οἰκίαν, τῇ δ' ὑστεραίᾳ ἐξέτινον τὴν δίκην, καὶ ἐκομίσαντο τὸ ἀργύριον παρ' ἐμοῦ (καίτοι πῶς ἂν εἰ μὴ πεπεισμένων τε ἦν καὶ ἐπηγγέλκειν αὐτοῖς, εὐθὺς ἂν ἀπέλαβον;) τούτων ὑμῖν ἀναγνώσεται τὰς μαρτυρίας.

Μαρτυρίαι.

Ἐπειδὴ τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐπαγγείλαντός μου αὐτῷ θεραπεύειν τὴν ἄνθρωπον, ἣν συνέκοψαν, καὶ ἰατροὺς εἰσάγειν, οὐκ ἐφρόντιζον· ἐγὼ αὐτὸς εἰσήγαγον ἰατρὸν, ᾧ πολλὰ ἔτη ἐχρώμην, ὃς ἐθεράπευεν αὐτὴν ἀρρωστοῦσαν· καὶ ἐπέδειξα ὡς εἶχεν, ἀγαγὼν μάρτυρας· ἀκούσας δὲ τοῦ ἰατροῦ, ὅτι ἀσθενοίη, καὶ οὐδὲν οὐκέτι εἴη ἡ ἄνθρωπος, πάλιν ἑτέρους μάρτυρας παραλαβὼν, τήν τε ἄνθρωπον ἐπέδειξα ὡς εἶχε, καὶ ἐπήγγειλα τούτοις θεραπεύειν. ἕκτῃ τοίνυν ἡμέρᾳ ὕστερον ἢ οὗτοι εἰσῆλθον εἰς τὴν οἰκίαν, ἐτελεύτησεν ἡ τίτθη. ὡς δὲ ἀληθῆ λέγω, τούτων ὑμῖν ἀναγνώσεται τὰς μαρτυρίας.

Μαρτυρίαι.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἐτελεύτησεν, ἦλθον ὡς τοὺς ἐξηγητὰς, ἵνα εἰδείην ὅ,τι με χρὴ ποιεῖν περὶ τούτων, καὶ διηγησάμην αὐτοῖς ἅπαντα τὰ γεγενημένα, τήν τε ἄφιξιν τὴν τούτων,

TESTIMONIA.

Vt autem ea quæ acciderant, in Piræeum mihi à vicinis nunciata sunt, profectus in agrum, eos non deprehendo: sed cum vidissem, quicquid in ædibus habuissem, exportatum, & anum, vt erat affecta, & ab vxore audissem quæ facta essent: Theophemum postridie mane conueni in vrbe, testibus adductis: eúmque primum iussi mulctam recipere, & sequi ad mensam. Deinde curare mulierem, quam lacerassent: & medicum introducere quem ipsi vellent. Hæc me dicente, & testificante: multis conuiciis mihi dictis, Theophemus quidem ęgrè sequebatur, tergiuersans, & dictitans, se quoque testes aliquos adhibiturum (id verò dicebat dolo, vt mora intercederet.) Euergus autem statim ex vrbe cum aliis sui similibus in agrũ egressus, reliquum instrumentum, si qua fortè pridie in turri reliqua, & non prolata, postquam verò ego veneram, propter necessitatem deprompta fuerant: amota ianua, quam & pridie collabefecerat, malè stante, abrepta mea suppellectile, abiit is, à quo neq; iudicio victus eram, & cum quo nihil mihi commercij intercesserat. Satisfaciente autem me Theophemo, cui debueram mulctam: cum soluissem multis testibus præsentibus, mille centum & tres drachmas, & duos obolos, pœnam, & triginta, sportulas (nam cæterarum mulctarum nullam mihi irrogarat) acceptis igitur à me in mensa, mille trecentis triginta tribus drachmis, duobus obolis, vniuersa summa: quum ego reposcerem oues, mancipia & vasa quæ mihi eripuerat: redditurum se negauit, nisi quis & se & socios suos omni crimine, testes falsi testimonij actione liberaret. Quæ cùm ille respondisset, statim eos qui aderant: testes feci responsionis, & iudicatum solui, neque dilatorem oportere esse me putaui: Euergum eo die ingressum fuisse in ædes meas ignorans. Enimuerò cùm iudicatum soluissem, Theophemus non modò oues, & mancipia: sed & suppellectilia, quæ pridie superfuerant, occupat. Ac lapicida quidam, qui propinquum monumentum expoliebat, denuò abire Euergum, reliquo instrumento ex ædibus meis exportato, cum quo nihil mihi negocij fuit, nunciat. Quæ vt me verè dicere, & eos pridiè mea pignora cepisse, & rursus eodem die in ædes ingressos fuisse, me verò postridiè soluisse iudicatum, & pecuniam eis numerasse constet (qui enim, nisi & coactũ fuisset, & eis à me denunciatum, statim recepissent?) harum rerum testimonia vobis recitabuntur.

TESTIMONIA.

Cum autem, posteaquam eis denunciaram, Iudices, vt anum, quam malè mulctarant, adductis medicis curarent, rem neglexerunt: ego ipse medicum, quo multos annos fueram vsus, qui eam ægrotantem curaret, accersiui: eíque vt illa affecta esset, testibus adductis ostendi. E quo cum audissem, grauiter eam laborare, ac deplorata esse valetudine: rursus aliis testibus adhibitis, eis ostendi vt affecta esset: & istis denunciaui, vt eam curarent. Sexto autem die postquam isti in ædes ingressi fuerant, obiit nutrix mea. Quæ vt vera esse constet, testimonia vobis recitabuntur.

TESTIMONIA.

Ea defuncta, iureconsultos adij, vt cognoscerem, quid ea mihi de re faciẽdũ esset, & eis omnẽ rẽ gestã exposui, aduẽtum istorum & beneuolẽtiam mulieris,

Respósũ iurecõsultorũ, & ritus expiãdæ cædis.

& vt eam in ædibus habuissem, & vt propter cymbium retentum obiisset. His iureconsulti auditis, me interrogarunt, vtrúmne mihi de iure duntaxat responderi, an etiam consilium dari vellem? Me respondente, vtrumque: Proinde tibi & de iure, inquiunt, respondebimus, & vtilia consulemus. Primùm, vt in efferendo funere hastam adhibeas, & ad sepulchrum proclames, si quis ei sit cognatus. Deinde vt sepulchrum ad triduum custodias. Hæc tibi suademus, quando ipse non adfuisti, sed vxor duntaxat & liberi tui, aliíque testes tibi non sunt: vt neminem nominatim cites, sed sontes & interfectores. Deinde ad regẽ ne deferas, neque enim id lege tibi licet: cum è tua familia non fuerit ea mulier, neque ancilla: si ita est vt tu dicis. Leges autem cognatis & dominis actionem dant. Proinde si ad Palladium iuraris ipse, vxor, liberi, & vos, familiámque vestram deuoueritis: multi & peius de te existimabunt, &, si illi absoluentur, peierasse te putabunt sin reos peregeris: inuidia te onerabis. Tu verò facta & pro te, & pro familia expiatione, quàm æquissimo animo ferto calamitatem. alibi autẽ, sicubi voles, iniuriam vlcisceris. His ego ex iurecõsultis auditis, & inspectis Draconis legibus in pila, cum amicis deliberabã, quidnã esset agendum. Qui cum suaderent, vt & ea quæ ad expiationem ædium pertinerent, & cætera facerem quæ iureconsulti mihi respondissent: ita feci. iis verò de rebus, quæ mihi porrò legibus non licebant, quieui. Iubet enim lex, Iudices, vt cognati cædes persequantur, vsque ad sobrinos: & in iureiurando cauetur, debere, si vel seruus sit interfectus, hos eosdem cædem persequi. Mihi verò neque genere quicquam coniuncta erat mulier, nisi quatenus nutrix mea fuerat, neque etiam ancilla. manumissa enim à patre meo fuerat, & seorsim habitarat, & maritum habuerat. Mentiri autem apud vos, & ipse * loco filij & vxoris iurare, non ausus essem: ne tum quidem, si certò scissem me istos peracturum esse reos. Neque enim eos tantum odi, quantum meipsum diligo. Ne autem verba mea duntaxat audiatis, ipsa vobis lex recitabitur.

LEX.

Calliditas Theophemi ad eludendã falsi testimonij actionem.

Etsi autem vos è multis signis deprehendere puto, falsum esse testimonium: id tamen ex eorum factis, vel in primis animaduertitur. Isti putabant, Iudices, me, si multa mihi pignora abstulissent, cupidè liberaturum testes falsi testimonij actione, vt pignora recuperarem: Cúmque eum rogarem, vt diem mihi prorogaret: libens accepit, vt si constituto tempore non soluissem, plurima ex ædibus meis exportaret: propterea; ingenuè & promptè concessit, vt fides suis haberetur, nec insidiæ patefierent. Nec enim aliter fieri posse existimabat, vt testes actione falsi testimonij liberarentur, quàm si me decepisset, & à me ad dictam diem mulcta non soluta, quàm plurima asportasset. Non enim se tantillum inuenturum putarat, quantum abstulerunt: sed longè plura. ac reliquo tempore expectauit, tanquam celeriter ei pecuniam redditurus essem: vt sub ipsam falsi testimonij actionem pignora caperet. Postquã autem ei parui, & mulctam attuli: eam non recepit: sed egressus, suppellectilia mea, seruos, & oues abstulit. Colo autẽ ad circũ equestrẽ: vt eũ procul ire necesse non fuerit. Hæc verè à me dici, magno vobis illud argumẽto sit, quòd postridie, quàm pignora ceperat, mulctã accepit (enimuero, nisi iã antea collectã habuissẽ, quî statim numerare mille trecẽtas trigĩta tres

A καὶ τὴν εὔνοιαν τῆς ἀνθρώπου, καὶ ὡς εἶχον αὐτὴν ἐν τῇ οἰκίᾳ, καὶ ὡς διὰ τὸ κυμβίον οὐκ ἀφιεῖσα τελευτήσειεν. ἀκούσαντες δέ μου οἱ ἐξηγηταὶ ταῦτα, ἤροντό με, πότερον ἐξηγήσωνταί μοι μόνον, ἢ καὶ συμβουλεύσωσιν; ἀποκριναμένου δέ μου αὐτοῖς, ἀμφότερα· εἶπόν μοι, ἔτι ἡμεῖς τοίνυν σοι τὰ μὲν νόμιμα ἐξηγησόμεθα. τὰ δὲ συμφορώτατα παραινέσομεν· πρῶτον μὲν ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι, εἴ τις προσήκων ἐστὶ τῆς ἀνθρώπου. ἔπειτα τὸ μνῆμα φυλάττειν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας. τάδε συμβουλεύομέν σοι· ἐπειδὴ αὐτὸς μὲν οὐ παρεγένου, ἡ δὲ γυνὴ καὶ τὰ παιδία. ἄλλοι δέ σοι μάρτυρες οὐκ εἰσίν. ὀνόματι μὲν οὐδενὶ μὴ προαγορεύειν, τοῖς δεδρακόσι δὲ καὶ κτείνασιν· εἶτα πρὸς τὸν βασιλέα μὴ λαγχάνειν. οὐ δὲ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ ἐστί σοι· οὐ γάρ ἐστιν ἐν γένει σοι ἡ ἄνθρωπος, οὐδὲ θεράπαινα, ἐξ ὧν σὺ λέγεις. οἱ δὲ νόμοι τούτων κελεύουσι τὴν δίωξιν εἶναι. ὥστ' εἰ διομῇ ἐπὶ Παλλαδίῳ αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὰ παιδία, καὶ καταρᾶσθε αὐτοῖς καὶ
B τῇ οἰκίᾳ. χείρων τε δόξεις πολλοῖς εἶναι, κἂν μὲν ἀποφύγῃς, ἐπιωρκηκέναι. ἐὰν δὲ ἕλῃς, * φθονήσῃ. ἀλλ' ὑπὲρ σεαυτοῦ καὶ τῆς οἰκίας ἀφοσιωσάμενος, ὡς ῥᾷστα τῇ συμφορᾷ φέρειν. ἄλλῃ δέ, εἴ πῃ βούλει, τιμωροῦ. ταῦτα ἀκούσας ἐγὼ τῶν ἐξηγητῶν, καὶ τοὺς νόμους ἐπισκεψάμενος τοὺς τοῦ Δράκοντος ἐκ τῆς στήλης, ἐβουλευόμην μετὰ τῶν φίλων, ὅ,τι χρή με ποιεῖν. συμβουλευόντων δέ μοι ταῦτα, ἃ μὲν ὑπὲρ τῆς οἰκίας προσῆκέ μοι πρᾶξαι, καὶ ἃ ἐξηγήσαντό μοι οἱ ἐξηγηταί, ἐποίησα. ἃ δ' ἐκ τῶν νόμων οὐκέτι μοι προσῆκεν, ἡσυχίαν εἶχον. κελεύει γὰρ ὁ νόμος, ὦ ἄνδρες δικασταί, τοὺς προσήκοντας ἐπεξιέναι μέχρις ἀνεψιαδῶν· καὶ ἐν τῷ ὅρκῳ διορίζεται, ὅ,τι προσήκων ἐστί, κἂν οἰκέτης ᾖ, τούτων τὰς ἐπισκήψεις εἶναι. ἐμοὶ δὲ οὔτε γένει προσῆκεν ἡ ἄνθρωπος οὐδέν, εἰ μὴ ὅσον τίτθη γενομένη, οὐδ' αὖ θεράπαινά γε· ἀφεῖτο γὰρ ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐμοῦ ἐλευθέρα, καὶ χωρὶς ᾤκει, καὶ ἄνδρα ἔσχε. ψεύσασθαι δὲ πρὸς ὑμᾶς
C καὶ διομόσασθαι αὐτὸς τὸν υἱόν, καὶ τὴν γυναῖκα, οὐκ ἂν ἐτόλμησα, οὐδ' ἂν εἰ εὖ ᾔδειν ὅτι αἱρήσομαι αὐτούς. οὐ γὰρ οὕτω τούτους μισῶ, ὡς ἐμαυτὸν φιλῶ. ἵνα δὲ μὴ λόγῳ μόνον ἀκούσητέ μου, αὐτὸν ὑμῖν τὸν νόμον ἀναγνώσεται.

Νόμος.

Νόμος. Πολλαχόθεν μὲν οὖν οἶμαι, ὦ ἄνδρες δικασταί, καταφανῆ ὑμῖν τὴν μαρτυρίαν εἶναι, ὡς ψευδής ἐστιν· οὐχ ἥκιστα δ' ἐκ τῶν πεπραγμένων αὐτοῖς ῥᾴδιον γνῶναι. οὗτοι γὰρ ᾤοντο, ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐμέ, εἰ πολλά μου λάβοιεν ἐνέχυρα, ἄσμενον ἀφήσειν με τοὺς μάρτυρας τῶν ψευδομαρτυριῶν, ὥστε ἀπολαβεῖν μετὰ ἐνέχυρα. καὶ ἐπειδὴ ἐδεήθην αὐτοῦ ἀναβαλέσθαι μου τὴν ὑπερημερίαν, ἄσμενος ἤκουσεν ἵνα ὑπερήμερος αὐτῷ γενοίμην, καὶ ἐκφορήσαιτό μου ὡς πλεῖστα. καὶ διὰ τοῦτο ἀνάγκως καὶ ταχύ μοι ὡμολόγησεν, ἵνα πιθανὸς γένηται, καὶ μὴ καταφανὴς ἐπιβουλεύων· ἡγούμενος οὐκ εἶναι αὐτῷ δι' ἄλλου τρόπου τοὺς μάρτυρας ἀφεθῆναι τῶν ψευδομαρτυριῶν, ἢ διὰ τὸ ἐξαπατῆσαι, καὶ λαβεῖν με ὑπερήμερον, καὶ ἐκφορήσασθαι ὡς πλεῖστα. οὐ γὰρ ὅσα ἔχουσί μου, ᾤετο λήψεσθαι, ἀλλὰ πολλῷ πλείω. καὶ τὸν μὲν ἄλλον χρόνον ἀνέμενεν, ὡς διὰ ταχέων με ποριοῦντα αὐτῷ τὸ ἀργύριον· βουλόμενος ὑπ' αὐτοὺς τοὺς ἀγῶνας τῶν ψευδομαρτυριῶν τὴν ἐνεχυρασίαν μου ποιήσασθαι. ἐπειδὴ * δὲ ἐπείσθην αὐτῷ κομίσασθαι τὴν δίκην, ἐλθών μου τά τε σκεύη καὶ τοὺς οἰκέτας, καὶ τὰ πρόβατα ἔλαβεν, ἀντὶ τοῦ ἀπολαβεῖν. γεωργῶ δὲ πρὸς τῷ ἱπποδρόμῳ, ὥστε οὐ πόρρω ἔδει αὐτὸν ἐλθεῖν. ὅτι δ' ἀληθῆ λέγω, μέγα τεκμήριον ὑμῖν ἔστω. τῇ ὑστεραίᾳ γὰρ ἐκομίσατο τὸ ἀργύριον τῆς δίκης, ἢ τὰ ἐνέχυρα ἔλαβε. καί τοι πῶς ἄν, εἰ μὴ * πεπορισμένον ἦν, εὐθὺς ἀπέλαβε τὸ ἀργύριον, χιλίας τριακοσίας * δεκατρεῖς δύ' ὀβο-

A λαβὼν, καὶ τὰ ἐνέχυρά μοι οὐκ ἀπεδίδου, ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν ἔχει ὡς ὑπερημέρου ὄντος. ὅτι δὴ οὐκ ἦν αὐτῷ ὑπερήμερος, ἀνάγνωθί μοι τὸν νόμον καὶ τὴν μαρτυρίαν, ὃς κελεύει κύρια εἶναι, ὅ,τι ἂν ἕτερος ἑτέρῳ ὁμολογήσῃ, ὥστε οὐκ ἔτι ἦν αὐτῷ δήπου ὑπερήμερος.

Νόμος. Μαρτυρία.

Ὡς μὲν τοίνυν ὡμολόγησέ μοι, καὶ ἀνεβάλετο τὴν ὑπερημερίαν, μεμαρτύρηται ὑμῖν. ὡς δὲ ἐξετριηράρχουν, ὁ συντριήραρχός μοι μεμαρτύρηκε. καὶ ὡς ἡ ναῦς ἡ στρατηγὶς κατεσκευάσθη Ἀλκιμάχῳ. ὥστ' οὐκέτι ἦν αὐτῷ δήπου ὑπερήμερος, ἀναβαλλομένῳ μοι, ἔτι δὲ καὶ ἐκτίνειν.* ἀλλὰ δεινὴ ἡ πλεονεξία τοῦ τρόπου, ὦ ἄνδρες δικασταί, * περὶ τὸ πλεῖον καὶ τὸ ἔλαττον. καὶ εὖ ᾔδεσαν, ὅτι εἰ μὲν τὴν ἄνθρωπον παραδώσουσιν, ἐξελεγχθήσονται ψευδῆ ἐγκαλέσαντες. εἰ δὲ μὴ παραδώσουσιν, ἣν ἐμαρτύρησαν ὡς * οὗτος ἤθελε παραδιδόναι, ψευδομαρτυριῶν ἁλώσονται. δέομαι δ' ὑμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταί, εἴ τις ἄρα τῶν τότε δικαζόντων τυγχάνει ὢν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, τοῖς αὐτοῖς χρήσασθαι ἔθεσιν

B οἷσπερ καὶ τότε. καὶ εἰ μὲν ἡ μαρτυρία πιστὴ ὑμῖν ἔδοξεν εἶναι, καὶ ἐγὼ φεύγειν τὸν ἔλεγχον, τὸν ἐκ τῆς ἀνθρωπίνης, νῦν ἐξελεγχομένων αὐτῶν ψευδῆ μεμαρτυρηκότων, καὶ οὐ παραδιδόντων τὴν ἄνθρωπον, βοηθῆσαί μοι. εἰ δέ μοι* ὠργίσθητε, ὅτι ἐνεχυράσων ἦλθον ἐπὶ τὴν οἰκίαν τὴν τοῦ Θεοφήμου, καὶ τούτοις νῦν ὀργισθῆναι, ὅτι ἐπὶ τὴν ἐμὴν ἦλθον. καὶ ἐγὼ μὲν ὑπὸ νόμων καὶ ψηφισμάτων ἀναγκαζόμενος, πρόνοιαν ἐποιησάμην τοῦ μήτε ἐπὶ τὸν πατέρα τὸν τούτου εἰσελθεῖν, μήτε ἐπὶ τὴν μητέρα, μήτε τῶν τοῦ ἀδελφοῦ λαβεῖν μηδὲν, ἀλλ' οὗ αὐτὸς ᾤκει ὁ Θεόφημος. καὶ ἐπειδὴ οὐ κατέλαβον αὐτὸν ἔνδον, οὐχ ἁρπάσας ᾠχόμην οὐδὲν, ἀλλὰ μετελθεῖν ἐκέλευσα αὐτόν· καὶ παρόντος, οὐκ ἀπόντος, τὴν ἐνεχυρασίαν ἐποιησάμην. καὶ ἀφαιρούμενος ἀφῆκα, καὶ ἀπῆλθον ἐπὶ τὴν βουλὴν τοὺς κυρίους καὶ εἰσαγγείλας καὶ ἑλὼν ἐν τῇ βουλῇ ἀποχρῆν ἡγησάμην τὰ μὲν σκεύη ἀπολαβεῖν ἁπλᾶ, περὶ δὲ τῶν πληγῶν ἐπιτρέψαι, τῷ δὲ τιμήματι συγ-

C χωρῆσαι. ὥστε ἐγὼ μὲν, οὕτω πρᾶος περὶ τούτους ἦν· οὗτοι δὲ οὕτως ἀσελγεῖς, καὶ βδελυροὶ, ὥστε ἐπὶ τὴν γυναῖκα καὶ τὰ παιδία ἐλθεῖν, ἔχοντες μὲν τὰ πρόβατα καὶ τοὺς οἰκέτας πλείονος ἄξια ἢ κατεδικάσαντο· ἀναβαλλόμενοι δὲ τὴν ὑπερημερίαν, ἐπαγγείλαντός δέ μου κομίζεσθαι αὐτοὺς τὴν *δίκην, ὡς μεμαρτύρηται ὑμῖν, καὶ εἰσελθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, τά τε σκεύη ἐκφορῆσαι, τήν τε τίτθην συγκόψαι γραῦν γυναῖκα ἕνεκα κυμβίου, καὶ ταῦτα πάντα ἔτι ἔχειν, καὶ μὴ ἀποδιδόναι, ἐκτετικότος ἐμοῦ τὴν δίκην χιλίας τριακοσίας δεκατρεῖς δύ' ὀβολώ. εἰ δέ τις ἀγνοήσας αὐτοὺς τότε, ἀκάκους ἡγήσατο καὶ ἀπράγμονας εἶναι, βούλομαι ὑμῖν περὶ αὐτῶν τὰς μαρτυρίας ἀναγνῶναι, ἃς μεμαρτυρήκασί μοι οἱ ὑπὸ τούτων ἠδικημένοι (λόγῳ μὲν γὰρ διηγήσασθαι, οὐκ ἂν ἱκανόν μοι γένοιτο τὸ ὕδωρ) ἵν' ἐκ τούτων ἁπάντων σκεψάμενοι τῶν τε λεχθέντων καὶ τῶν μαρτυρουμένων, ὁσίαν καὶ δικαίαν ὑπὲρ ὑμῶν αὐτῶν τίθησθε τὴν ψῆφον. λέγε τὰς μαρτυρίας.

Μαρτυρίαι.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΚΑΤΑ ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ ΒΛΑΒΗΣ ΛΟΓΟΥ.

Ποικίλην ἔχει περιπέτειαν πραγμάτων ὁ λόγος. Κόνων γάρ τις, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, ἄπαις τελευτᾷ, ὡς ἐπίδικον τοῖς οἰκείοις γενέσθαι τὸν κλῆρον. Καλλίστρατος μὲν οὖν, ὁ τὸν λόγον τουτονὶ λέγων, ὅλον τὸν κλῆρον τοῦτον ἑαυτῷ προσήκειν φησίν. ἐγγυτάτω γὰρ κατὰ γένος αὐτὸς εἶναι τῷ Κόνωνι. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τάχ' ἂν καὶ ψεύδοιτο, καὶ λόγῳ κατακέχρητο ψιλῷ, Ὀλυμπιόδωρος δὲ πρὸς

A drachmas, duos obolos, potuissem?) & pignora mihi non reddidit: sed etiamnum ea tenet, vt eius qui ad diem dictam non soluerim. Vt autem constet me ad dictam soluisse diem: recita mihi testimonium & legem, quæ iubet, ea rata esse, quæ alius cum alio pepigerit. Proinde nihil vtique de me iam queri potuit.

LEX. TESTIMONIVM.

Eum igitur concessisse, & distulisse diem è testibus audiuistis: me autem instruxisse triremem: & quidẽ eam, qua imperator Alcimach* veheretur, collega in præfectura meus, est testificatus. Proinde nihil à me petere potuit propter dilatam solutionem, præsertim cum vellem soluere: Sed ingens est hominis auaricia atque cupiditas*, tam minoribus quàm maioribus in rebus: probè item sciebant, si mulierem tradidisset, palàm fore, me falsò ab eis esse accusatũ. Sin non tradidissent, quam eum tradere voluisse testificati fuerant: fore vt falsi testimonij conuincerẽ-

B tur. Oro autem vos, Iudices, si quis eorum fortè qui tum ius dixerunt, hic adest, vt iisdem vtamini institutis, quibus tum quoque: ac si testimonium tum fide dignum visum est: si me fugisse, quò minus veritas cognosceretur ex muliere, putastis: cum nunc isti falsum dixisse testimonium conuincantur, & mulierẽ tradere recusent, vt me iuuetis. Quòd si mihi irati fuistis, quòd pignora capturus ad ædes Theophemi accessi: vt & istis nunc irascamini, quòd meas ædes inuaserunt. Atque ego legibus & decretis coactus, tamen caui, ne vel ad patrem istius ingrederer, vel ad matrem, vel quicquam quod fratris eius esset, auferrem: sed eò veni, vbi ipse Theophem* habitabat. quem cùm domi non reperissem, nihil ex ædibus eripui, sed accersi iussi, & præsente eo, non absente, pignora cepi. quæ cùm mihi eriperentur, amisi: & ad senatum, legitimúmque magistratum abij: eóque delato & damnato in senatu, satis esse duxi armamenta simpla recipere: de verberibus autem sumpsi arbi-

C trum, & mulctam ratam habui. Ac ego quidem adeò me lenem in istos præbui: isti verò ita petulantes & importuni fuerunt, vt vxorem & liberos opprimerent, cum quidem oues & famulos abstulissẽt: quæ pluris erant, quàm quanti me condemnarant. Cùm porrò diem dictam distulissent, egóque promisissem, me vt è testibus audistis, mulctam eis soluturum: in ædes ingressi sunt, & supellectilia exportarunt, & nutricem senem mulierem, propter cymbium excarnificarunt. Quæ omnia etiamnum tenẽt, & nondum restituunt, solutis à me mille trecentis triginta tribus drachmis, duobus obolis. Si quis autem eos tũ ignorauit, ac simplices homines & quietos esse putauit: testimonia vobis de eis quæ testificati mihi ij sunt, quos isti iniurijs affecerunt, recitabo. Nam ad ea enarranda, aqua mihi defutura esset: vt his omnibus, quæ & à me & à testib. dicta sunt, consideratis, ita pronuncietis, vt vestra fides & iurisiurandi religio postulat. Recita testimonia.

Peroratio, & collatio modestiæ suæ cũ importunitate Theophemi.

TESTIMONIA.

ARGVMENTVM ORATIONIS contra Olympiodorum dati damni.

Magnam rerum & casuum varietatem continet hæc oratio. Conon, vir quidam Atheniensis, orbus decedit: de hæreditate inter eius cognatos oritur controuersia. Callistratus, qui causam hanc agit, totam eam hæreditatem ad se pertinere dicit, qui sit genere Cononi proximus. Sed in eo fortasse mentitur, & nudis verbis abutitur. O-